

44

Handwritten text on the right edge of the page, partially visible and mostly illegible due to the binding and angle.

angeb. 23

Disputatio Vigesima Sexta.

DE EVICTIO-
NIBVS.

Ex lib. 21. t. 2. ff. & lib. 8. Cod. t. 45,

desumpta.

Quam

D. O. M. A.


Subpræsidio

CLARISSIMI CONSVLTISSI-
MIQVE VIRI. D. PAULI GRASECCII
V. I. D. ac Professoris in celebri Argenti-
nensi Academia ordinarij, defenden-
dam suscipiet.

IOHANNES SIGISMVNDVS
Lupin Memmingensis.



Argentorati, excudebat Antonius Bertramus
M. D. XCV.



CLARISSIMO CONSVLTISSI-
MOQVE VIRO D. NICOLAO VARNBVLERO
—
Iuniori V. I. D. ac inclytæ Reip.
Memmingensis Aduocato So,
Iertissimo,

Domino, ac fautori suo pluri-
mum obseruando,

HASCE PRIVATI EXERCITII GRATIA
—
à se conscriptas theses offert
ac dedicat,

Ioh. Sigismundus
Lupin.

Theses de Euictione.

I.

Quemadmodum AEdilitium edictum, & actiones ibidem propositae, emptionis & venditionis contractum respiciunt: ita & haec de euictione & dupla stipulatione questio, pars est vel potius appendix quedam eorum, quae emptori iudicio empti praestanda sunt. Quae ratione Imper. Iustin. easdem actiones pedisse quas emptionum & venditionum nominauit. l. 2. §. quartus C. de vet. iur. enucl. Et alibi ministras & παρανολεθίματ' x τῶν πράξεων Graeca constitutione ante Pandect.

2. In venditionis. n. obligatione id praecipuum est, vt venditor emptori rem tradat: non etiam faciat rem emptoris. Ita tamen tradat, vt emptori rem habere liceat, ne ei iure auferri possit: alioqui nō tradita videtur. l. ex-empto, & l. 3. ff. de act. empt.

3. Ex quo apparet, vt siquidem venditor dominus sit, emptorem dominum faciat: si non sit, tamen obligetur, vt euictionem, id est, euictionis periculum & damnū emptori praestet re euicta d. l. ex empto 11. de act. empt. & l. venditor 8. ff. de euict. sic. n. fit, vt constet, emptori rem habere non licere, si ab eo euincatur.

4. Cum igitur praecedentibus disputationibus de emptione & venditione: nec non de vitijs quae faciunt rem quasi euinci, actum sit: hoc pro exercitio de vera euictione paucis vt videamus, iustus ordo requirit.

5. Euincere, vt verbivis & ratio indicat, est vincendo aliquid ab aliquo auferre & consequi, secundum iuris auctores in l. 6. ff. de seruis export. & l. cum qui in fin. ff. de inoff. test. Etymon.

6. Non tamen euincere hoc loco significat, rem simpliciter ac quouis modo emptori auferre: sed iure iudicioq; id fieri debet, pro vt ex sequentibus constabit, & habetur in l. euicta 26. l. non tamen. 24. l. si mancipium. 34. ff. h. t.

7. Hinc definiri potest Euictio rei nostrae, vel in qua ius habemus quamq; aduersarius legitimo titulo acquisiuerat, per iudicem facta recuperatio d. l. 24. 56. & seq. ff. hic. Definitio.

8. Efficiens causa remota est lex, propinqua voluntas eius, qui euincere potest. Nam sciens rem alienam non euincit: l. si fundum 27. C. h. Causa efficiens.

9. Sic filius re quā pater vendidit, cuius ipse heres est euincere nequit l. siue possessio

possessio 24. C. h. Vt & debitor, qui ex causa iudicati rem vendidit: tenetur tamen de euictione, si ab alio euincatur l. si ob causam 13. eod.

10 Fideiussor itidem rem venditam euincere prohibetur. Nam regula illa tenenda quod quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellat exceptio. l. exceptione doli. 11. C. d. t. l. vindicantem 17. ff. eod. Quae tamen regula in fideiussoris herede proprio nomine agente non procedit l. ult. h. t. C.

Materia. 11 Materia est res aliena ex causa emptionis, vel alia simili distracta & alienata. l. si praedium. 4. & ibi Donellus. l. 13. & passim C. h. t. l. 1. & 2. C. de rerum permutation. Ideoq; nec rerum donatarum Euictionem donator praestabit. l. 2. C. h. tit.

12 Alias nihil refert, tota res euicta fuerit an eius pars: utroq; n. modo regressum habet emptor ad venditorem, ut dicitur in l. 1. in pr. & ibidem Costal. l. si mancipium 34. iuncta l. si dictum 56. S. 2. ff. h. t.

13 Euictio namq; proprie non nisi per rei vindicationem fieri solet. Iam autem vindicari potest non modo tota res, sed & pars: & quod obtinet in vindicatione totius rei, idem etiam in partis vindicatione valet l. quae de tota 76. ff. de rei vindic.

Quaestio. 14 Queritur hoc loco, vniuersitate aliqua veluti hereditate vendita: an si quid ex his rebus, quae ex bonis erant, euictum sit, venditor de euictione eius rei tanquam partis praestanda conueniri possit? Negamus: in tantum, ut licet omnes res, quae hereditariae putabantur, euictae sint: venditor tamen securus sit per l. 1. & ibi Donell. ac Duaren. C. h. t.

15 Vnde constat, nec venditorem res singulas hereditarias ab alijs possessoribus suo sumptu persequi debere d. l. 1. verum cessis emptori actionibus suis liberari: tunc. n. praestat quod debuit.

16 Idemq; dicendum in peculio l. serui 5 ff. h. omniq; alia vniuersitate vendita, veluti grege, armeto, equitio, & c. Nam & hac vniuersitatis nomine continentur. l. quid ergo 70. S. 3. ff. de V. usufr.

17 Sed haec duplicem limitationem accipiunt. Prima est, nisi aliter nominatim inter contrahentes conuenit. Nam conuentio, ut venditor rerum singularium euictionem praestet seruanda est: idq; vel maxime ex iudicij empti & venditi natura, quod cum bonae fidei sit, omnino conuentorum veritatem desiderat l. ex. empto 11. ff. de act. empt. Altera est, nisi venditor de substantia hereditatis affirmavit, hoc est, nisi nominatim dixerit has & has & illas res esse hereditarias l. nisi. ff. de hered. vel act. vendit. Quia id ideo affirmare putatur, ut praestaret: ut qui propter eam affirmationem plures vendidit.

didit.

didit. l. sciendum 11. § 1. ff. de AEdil. Edict. l. ea quæ. in princip. ff. de con-
trah. empt. Donellus ad l. 1. C. h. tit. num. 6.

18 Quod dicimus, parte rei euicta regressum emptorem habere ad vendi-
torem: intelligendum id est de partibus integralibus, ut vulgò loquimur,
quæ integri corporis & iam constituti partes sunt.

19 Hinc naue aut domo empta singulacamenta aut tabule empta non
intelliguntur l. neuè 36. ff. h. t. Neq; n. camenta adium pars sunt, nec
singula tabule pars naus, ut eleganter Iauolenus in l. eum qui ades 23. ff.
de vsurpat. & vsucap.

20 Non inconuenienter hinc quæri potest: usufructu, usu, aut alio simili *Quæstio.*
iure euicto: an eo nomine emptori competat actio? Id quod affirmamus per
l. vaccæ emptor 43. l. fundum 46. l. si ab emptore 49. ff. h. t. Licet n. tale
ius eiusdem corporis pars non sit, cum ipsum per se incorporale sit, res verò
vendita corporalis: verum tamen est ei rem habere non licere, cui aliquid
imminuitur ex iure suo, probat Vlp. l. stipulatio ista 38. § si quis fortè 3.
ff. de V. O.

21 An idem etiam in seruitutibus prædiorum, tacitè rem emptam secu- *Quæstio.*
tis locum habeat? Videtur Vlp. id affirmare in l. stipulatio ista. 38. § si quis
fortè & in l. quoties 61. de adilit. edict. Nos cum Donello in c. 6. ad tit de
euict. & Duareno ad d. l. 38. negatiuè subscribimus sententiæ.

22 Forma euictionis in eo consistit, ut per eum qui ius euincendi habet *Forma.*
res empta aut alia honesta ex causa translata, interposito Iudicis decreto *in qua*
abducatur. Hinc in forma hac 3. requirimus. *tria requi-*

23 Primum est ut res certò emptori ablata sit, ut eam illi habere non li- *runtur.*
ceat. Euicta n. res tunc intelligitur, auctore IC. Paulo, cum serè spes ha- *l. Requi-*
bendi abscissa est l. euictus autem 35. in pr. ff. h. *situm.*

24 Quamdiu ergò emptor rem possidet, tandiu non poterit auctorem
suum conuenire de euictione: quamuis res aliena, aut obligata esse dicatur:
idq; etiam constet fortasse. l. 3. C. de euict.

25 Ac nè lite quidem emptori mota de proprietate rei, venditor ad preci-
um rei restituendum conueniri potest l. si plus vel minus 74. § mota ff. h.

26 Imò etsi emptor Iudicis sententiæ victus fuerit: certum tamen sit
post sententiæ rem emptori auferri non posse, expirabit euictionis obliga-
tio l. habere licere 57. ff. h. t. vbi exemplis res illustratur.

27 At re semel abducta à domino post sententiæ qua emptor succubuit:
quamuis postea à victore ipsi victo donata vel legata esset: inhilominus ven-

ditor de euictione tenetur, etiam si victo rem donatam aut legatam habere liceat: quia stipulatio semel commissae est re emptori ablata ac proinde resolui non potest. d. l. 57. § 1. in f.

28 Hinc porro fit, ut quamuis ipse venditor rem euictam emptori victo offerret: non tamen per hoc ab euictionis obligatione liberaretur l. emptori 67. ff. d. t. Ratio est: quia iam aliud quam quod deberet offerret: quia in euictionis actione pecunia versatur, non species seu res euicta. Iam autem debitor aliud quam debet creditori offerens non liberatur. l. 2. ff. de reb. cred. si cert. pet.

I. P. Requi-
situm.

29 Alterum in euictione quod requiritur est: ut res non simpliciter & quoquomodo, sed in iudicio sit ablata. Non n. sufficit, rem in ea causa esse, ut auferri emptori possit. Verum iudicio id fieri debet, alioqui non venditori sed emptori nocebit l. non tamen 24. l. si dictum § si compromisero cum l. seq. ff. h. t. Diximus supra, thes. 6.

30 Iudicium hic in latiori accipimus significatione: nempe non tantum de ordinaria & legitima actione, quae per formulam apud iudicem datum exercetur: sed & de extraordinaria cognitione, cum res apud ipsum praetorem disceptatur, utpote restitutione in integ. minor. Nam & ex hac causa penaet euictionis obligatio. Vide l. minor 39. & l. si cum venditor 66. § 1. h. t.

31 Nec interest eo in iudicio, quo res euicta est emptor actor, an reus fuerit l. euicta 16. § 1. ff. h. l. 9. C. eod. l. qui absentem 75. D. de procurat.

Questio.

32 Dubium hic oritur: an mulieri quae rem à non domino emit, postea vero domino nuptura eandem illi in dotem dedit: & ita à marito non amplius pro dote, sed pro suo possideatur: ob eam causam actio aduersus venditorem competat, quoniam rem ei habere non liceat, quae tamen iudicio euicta non fuit? Et ex empto aduersus venditorem actionem dandam Africanus 1C. ait in l. 24. ff. h. t.

33 Idemq; statuendum in re vendita l. si emptori 30. h. t. vel in solutum data vero domino, cum empta esset à non domino l. 4. C. eod.

III. Requi-
situm.

34 Tertium in euictionis forma quod requirimus est, ut res ob eam causam ablata sit, quod aliena nec per venditorem habere eam liceat.

35. Alienam accipimus, siue cuius proprietas aliena sit siue possessio, l. euicta 15. § 1. ff. h. t. siue vsusfructus aut pignus, re sc. alij pignori obligata. l. 3. C. eod. Et omnino quae in ea causa sit, ut aliquo modo emptori auocari possit, ne eam sine cōtrouersia habere possit l. 38. in pr. & § si quis forte D. de. V. O.

36 In emptione tamen rei alienae emptoris ignorantia requirimus. Nam qui sciens rem alienam aut obligatam emit nullo de euictione pacto interposito re postea euicta, eo nomine agere nequit. l. si fratres 7. C. communia vtriusq; iudic. l. apud Celsum 4. Sitem Labeo scribit 5. ff. de doli mali & met. except. Imo ne quidem quod dedit, reperere potest. l. si fundum 27. C. de Euict.

37. Effectus euictionis in ipsis consistit actionibus quae 2. sunt: vna ex empto: altera ex stipulatione dupla vel simple, certi condictionis, Effectus
consistit in
actionibus
38 Certi condictionis ex stipulatione simple vel dupla competit, si interposita ea stipulatio fuerit: tamen si hac quoque interueniente liceat experiri actione ex empto l. sed et si D. h. t. l. si tibi 25. C. eod. Donell. c. 7. Wesenb. ex hoc negotio.

39 In stipulatione simple promittit venditor, re euicta emptori simplum restituere puta precium l. euicta 16. & ex natura emptionis, id quod emptoris interest l. si in venditione 60. l. euicta re 70 ff. h. t. Certi
condictio
ex stipu-

40 At in dupla stipulatione venditor casu euictionis duplum, non quidem bonitatis rei, sed precij praestat l. si fundo 53. l. cum fundum 48. ff. h.

41 Non omnibus tamen in rebus sed preciosioribus duntaxat (veluti si margarita, ornamenta preciosa, vestis serica, aut aliud quid non contemptibile veneat) duplum venditor repromittere cogitur. l. emptori 37. Si. ff. h.

42 Nec tantum in simplum, aut duplum, sed etiam in triplum, aut quadruplum stipulatio hac fieri potest. l. si dictum 56. quae tamen stipulatio nuda repromissio, non satisfactio dicenda est d. l. emptori.

43 Ex quo liquet, venditores neutiquam cogendos, vt fideiussores euictionis nomine dent. l. 1. in f. ff. de prat. stip. Vel si in limine contractus immineat euictio per litis motionem a tertio. l. si post perfectam 23. C. h. t. l. pē. § vlt. ff. de peric. & commod. rei vend.

44 Si queratur an pro euictione cauere oporteat, vel in quantum, aut quomodo? Consuetudinem eius regionis, ciuitatis, seu populi, vbi emptio venditio contrahitur, spectandam esse dicimus. l. si fundus. C. ff. h. facit l. semper 34. D. de R. l. Quaestio.

45 Actio ex empto datur bonae fidei emptori heredibusque eius, ad versus II. Est venditorem heredesque eius: siue quid de euictionis periculo promissum sit, siue non sit quoniam iudicij huius potestate & natura continetur l. ex empto 10 12. ff. de act. empt. l. si in venditione 60. ff. h. & ibi Salic. l. 6. C. eod.

46 Hac, re euicta dari dicitur, modo ad precium recipiendum, & ad id

quod interest. l. euiicta 70. modò in simplum & id quod interest l. 60. ff. hic.
modò in id quod interest absolute l. si controuersia 9. C. eod.

47 Hac igitur actione prestatur precium rei conuentum: ut illic as omnis,
siue omne emolumentum, quod emptori abest: quodq; ille sensisset, si res e-
uicta non esset: omniaq; ea que preter rem habere potuisset, ut sunt fructus
rei, fœtus pecorum, partus ancille venditæ, & si quid per mancipium vendi-
tum acquiri poterit, ut habetur in l. venditor hominis 8. ff. h. t.

Quæstio. 48 Queritur hoc loco, nūc deficiente stipulatione dupla, si videlicet nulla sit
interposita: re euiicta inhilominus ex empto agi possit in duplum? Dubium
mouet l. 2. ff. h. & l. quod si nolit 51. S. quia adsidua 20. ff. de adilit. edict.
Nos salua d. d. ll. sententia, negatiuam amplectimur l. emptori 37. § vl. h. t.

Differen- 49 Ex dictis differentia inter has actiones satis apparet. I. Nam actio ex
tia inter stipulatu est iuris stricti, & semper certam persequitur quantitatem in sti-
has duas pulationem deductam. Hac uero ex empto incertam: nempe id quod inter-
actiones. est, quod ut dictum est, locorum, temporum, personarum, negotiorumq;
ratione varie mutari potest.

50 Deinde constat actionem ex empto multò latius patere actione ex stipu-
latu. Nam ex empto agi potest etiam antereuictam: utpote si quid
venditor dolo malo fecit in re vendita: p. seruum furem vel noxium vendi-
dit emptori ignorantis: quo casu re non euiicta actio datur: quod secus est in
illa ex stipulatu, ut dicitur in l. si seruum 4. ff. de act. empt.

51 Ita etiam sit, ut deficiente actione ex stipulatu dupla: detur tamen ex
æquo & bono actio empti ueluti in specie l. 24. & l. 66. ff. h. t.

52 Tum in eo etiam separantur hæc 2. actiones: quod illa ex stipulatu neq;
augmentum nec diminutionem recipit l. ex mille 64. h. Actio ex empto
contra. l. 30. l. si cum venditor 66. § vlt. ff. h. t. l. idq; 45 de act. empt.

Contra- 53 Cessat hæc de euiictione actio si emptori ex factò, culpaue sua vel negli-
ria. gentia res auferatur. Ut si spontè rem cedat uero eius domino, eamq; dimittit
sine iudiciali disceptatione. l. si cum questio 17. C. h. t.

54 Secundum quod dicendum est si lis de re moueri capit, non continuò
emptorem petitori rem restituere debere, sed expectandum usq; dum iudi-
cialis feratur sententia, qua etiam super notorijs fertur l. Iulianus ff. de
Confessis. not. thes 29.

55 Cessat itidem, si res ablata fuerit emptori iussu Principis qui prædia
fortè sub hasta venire iussit, aut assignari militibus ueteranis, ut dicitur in l.
Lucius 11. ff. hic. Modò post venditionem & traditionem id acciderit, non

ante

ante. Nam periculum euictionis ad venditorem spectat, si oriatur ex causa venditionem antecedente d. l. Lucius & l. 1. C. de peric. & commod. rei vend.

56 Proinde nec si vi aut per impressionem alterius ablata emptori res sit, euicta dicitur: nec ad venditorem quicquam pertinebit violentia post venditionem facta l. vlt. C. de act. empt. d. l. Lucius.

57 Eademque ratione nec casus fortuitus aut fatum humanae sortis ad venditorem spectabunt ut si seruus venditus apud emptorem morte perierit, antequam euincatur l. si seruus 21. ff. & l. si quis tibi 26. C. h. t.

58 Perit quoque euictionis obligatio, quoties emptor nemine cogente rem amisit: veluti si seruum manumiserit l. si seruum 25. si locum emptum religiosum fieri passus sit l. si per imprudentiam 51. S. si quis locum 2. si rem pro derelicto habuerit, quamuis hanc alienam esse probaturus fuerit l. vlt. ff. d. t.

59 Idem de eo dicendum, qui in arbitrum compromisit, ipsiusque sententia condemnatus rem restituit: cum nullius necessitatis, sed liberae voluntatis id fuerit l. si dictum 56. S. si compromisero ff. h.

60 Culpa emptoris est, cum ea praetermisit, quae ad retentionem aut defensionem rei pertinebant. Ut si de possessore petitor factus ob id victus est l. si rem 29. S. 1. ff. h.

61 Si absens ob contumaciam victus sit quod iudicio non adsuit l. si ideo 55. h. t.

62 Potissimum autem si venditori, aut eo mortuo heredi eius non denunciatur litem sibi de re vendita moueri. l. si fundum 53. S. vlt. h. t. l. 3. C. eod.

63 Hanc denunciationem cum facit emptor, dicitur laudare auctorem suum l. Herennius 63. h. t. l. 4. & 7. C. eod. l. 6. S. si tibi 5. ff. de act. empt.

64 Adeoque necessaria haec est denuntiatio, ut etiam scientiam motae litis habenti sit facienda. arg. l. denunciaffe 17. S. 1. D. ad L. lul. de adult. modo is praesens sit l. 55. in f. h. t.

65 Quid si in instrumento iurauit venire ad defendendum venditor, ad huc denunciationem opus esse asserimus arg. l. emptor. C. hic. & arg. l. f. C. de non num. pec. Quaestio.

66 Et si autem venditor praesens sit: si tamen aut dolo fecerit, ne sibi denunciaretur, aut nesciat emptor ubi sit, impunè denuntiatio omittitur l. 56. S. si praesente ff. d. t.

67 De pupillo quaeritur, an denuntiatio tutore non apparente, & ita sine eius auctoritate facta valeat. Affirmatur per d. l. si dictum. S. vlt. Quaestio.

68 Nihil verò refert, quo tempore venditori denuntietur, vt ad agendum adfit, pro vt dicitur in l. si rem. 29. S. vlt. ff. h. dum modo non propè ipsam condemnationem fiat, sed tunc, cum adhuc integrum illi erit causam instruere nè emptor vincatur l. si fundo 53. h.

69 Tandem denegatur contra venditorem actio, si Iudicis interuenerit culpa, qui in bona causa contra ius per imperitiam, vel errorem, aut avaritiam iudicauit l. si per imprudentiam. S. 1. in pr. Hoc n. casu securus erit venditor l. 5, h. t. l. 8. & 15. C. eod.

F I N I S.



